



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Locis, Vasis, Locvlisue, quibus sacrae reliquiae reconduntur. Cap. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Ea verò fenestella ab ostio occludi debet tabella marmorea lapideave, in qua sculpta sit Crucis imago: tum nomina quæ constant sacrarum reliquiarum in altari reconditarum insculpentur. Vbi verò non fenestella sed fossa adhibebit, inscriptio hæc, aut ab aliquo altaris latere, aut in mensa fiat, literis incis. Fossa verò quæ in mensa est, tabella itè marmorea, ita firmiter & accuratè occludatur, vt nihil omnino supermineat.

De mensa altaris, & tela cerata.

Altaris consecrati mensa, etiam si eius pars è lateribus facta sit, tota tegatur cerata tela: quæ telari præscripto inclusa, clavis configatur. Vniuscuiusq; altaris nõ consecrati solũ, pavementumve, mensa ex tabulis scitibus politè confecta, atque ad illud contegendum vndiq; ampla consternatur. Huic mensæ Altare portatile aptè inseratur, atq; ita, vt inter vtrunq; mensæ cornu in medio collocatũ, ab ipsius fronte nõ lógius distet spatio vnciarũ octo. Cuius portatilis altaris longitudo, non ab vno ad alterum cornu, sed à fronte in posteriorem partem spectet. Sic verò illud insertum sit, vt è mensæ superficie vix paululum aliquid extet, quo Sacerdotis celebrantis tactu dignosci possit.

De Lapide Altarium portatiliũ.

Lapis autem Altaris portatilis à parte superiori secturam in planum ductam, quã smussum dicunt, vndiq; habeat. Quæ sectura latè pateat medio transuerso digito. Lapis longè vncias viginti, latè sexdecim pateat, præter capsæ dimensionem cui insertus est. Capsa eius è nucea omnino tabula sit, crassitudine vnciarum circiter duarum aut plurium pro lapidis crassitudine. Tabulæ verò illi in omni latere intus à summa parte pro lapidis longitudine & crassitudine concauata ipse lapis inseratur, ita vt, illa concauata tabulæ linea prominente, eiusdem lapidis sectura operiatur.

In qua capsâ sacrarum reliquiarum reconditarum quarum nomen constat, inscriptio planè fiat.

Cum verò altare consecratum transferri contigerit, quod vt ne iterum consecrari opus sit, ea transferendi ratio adhiberi poterit: vt primò illud totum afferibus tabulisq; ligneis rectè apteq; conclusum, è loco ita amoueatut accuratè, vt stipes à solo Ecclesiæ conuulsus, ne minimum quidem ab Altaris mensa disungatur; sed totus affixus ei inhæreat, ne consecratio violetur.

Altaria autem quæ angustiora aut breuiora sunt, quàm forma præscripta postulat, latiora, longiorave fieri poterunt, vel lapideis, vel latericijs, vel ligneis ad ditamentis decenter apteq; confectis, ab eorum lateribus, fronteve, prout vsus tulerit, appositis. Sin autem humiliora sunt præfinito modo, altiora fieri poterunt, mensa politè atque adeo altè confecta, vt præfinitæ altaris altitudini respondeant: in eaque mensa lapis consecratus includatur præscripta forma.

DE LOCIS, VASIS, LOCULISVE, quibus sacræ reliquæ reconduntur. Cap. XVI.

Exposita breui cappellarum & altarium maiorum minorumq; instructione, conseqens est, vt loca, vasa, loculos, aliaq; eiusmodi commonstremus, quibus sacræ reliquæ reconduntur, aut asservantur. Sanctorum igitur corpora, quæcunq; recondenda sunt in Ecclesia, partem illam subterraneam habente, quæ confessio, vulgò scurolum dicitur, in ea præsertim, & in altaribus ipsis lapideis, aut subter ea, vt antiqui instituti est, piè decetèq; recondantur.

Quam ob causam è marmore, vel saltem è solido lapide aream leuigato opere intus exposita fieri conueniet; quæ ex operculo eiusdem generis assigato cõstans, sacraq; corpora bene inclusa continet, intus subtusve in illis firmiter collocatur.

Alio etiam præter altaria Ecclesiæ loco conspicuo reponi poterunt: tuncq; arca è

ea è marmore pretiosiori exstruatur; quæ extrinsecus èt opere sculptorio elaborata, pio religiosq; ornatu emineat. Hæc igitur, quatuor, pluribusve (si profusus ratione comodè potest) collumellis itidem marmoreis aptè cõfectis suscitata, aut in gremio ecclesiæ, prout loci amplitudo fert, aut in cappella insigniori (præterquam in ea, vbi sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum asseruatur) decentius collocabitur.

Si in gremio Ecclesiæ ponetur, à pariete, omniq; alio opere disuncta extet: si verò in aliqua cappella, à posteriori eius parte, vel à latere altaris collocari poterit; aut parieti inhærès, aut in illius decenti concavitate paululum inclusa à pavimentoque cappelle altaris cubitis quatuor exstruenda extabit.

Arca verò omnis quocunq; loco conspicuo posita, siue è pavimento, siue è pariete emineat, clathris ferreis profusus ratione aptè decoreq; muniri debet. Sin autem non in altari, neq; subter, sed alio loco sub pavimento iam recondita sunt sanctorum corpora; sternatur tamè omnino locus, ac muniatur clathris ferreis ab omni latere, tum à parte superiori densè cõfectis.

Vt autem sanctorum corpora, sacra ve ossa, incorrupta, atq; inuoluta, ab omniq; sorde, & puluere pura, tum ab omni vi ac iniuria perpetuò tuta conferuentur, hæc sanè cautio adhibeatur: vt cum arca omnis, vel conspicuo loco, vel in altari subtiliusve posita, ita extrinsecus inter se solidè compacta, & fibulis etiam ferreis, plumboq; ab omni latere conglutinata sit, vt ne rimula quidem appareat; tum præterea in eam alia capsula, vel aurea, vel argentea, stamneave, eaq; inaurata, firmiter quoq; cõfecta includatur, in qua sacra corpora recondantur.

Sin autem cum in capsula recondantur, inuoluta & vestita panno serico, aut pretiosiori velamine, coloris ad sanctum sanctamve, cuius sacra ossa reponuntur, ex Ecclesiæ instituto ritè accommodati.

Capsula autem, vel theca, vel loculi, vel vascula, cuiusmodi sint, stara prece in libro Pontificali ritualive præscripta ritè prius benedicantur, quam reliquiæ sacre in illis includantur.

Qua verò in arca, diuersa sanctorum corpora reponenda sunt, vt inter se distincta internoscantur: arca eiusmodi fiat, quæ opere sculptorio, pro sacrorum corporum, sacrarumve reliquiarum numero bipartita, & tripartita sit, aut tabulatis, marmore, alia ve ratione decenter apteq; diuisa, aut saltem ipsis solùm capsulis argenteis stamneisve distincta.

Tabella item ænea singulis capsulis includatur: in qua incisè literè nomina, sanctorum indicent.

Inscriptio præterea in arcæ lapide incidatur: ex qua sanctorum nomina, & corpora, quo tempore recondita, rursusq; vnde translata, & alia id generis, si modò certa sint, perspicuè cognoscantur.

Sanctorum autem capita, quæ è corporibus disuncta sunt, vt aliquando statis diebus pro pietatis studio fidelibus ostendantur exponanturve, separatim à corporibus locis infra præscriptis reponi conueniens erit; inclusa scilicet in theca aurea, aut argentea; vel vbi præ inopia non potest, ænea inaurata, quæ capitis cum collo dimidiatoq; pectore formæ similitudinemq; exhibeat.

Si quæ verò corpora Sanctorum adhuc integra, membrisq; suis omnino coniuicta, vel in altari, vel in arca conspicua reconduntur, vt cerni aliquando possint; ita altare, arcave struatur, vt à fronte festellulam clathris ferreis æneisve munitam, quæ firmis vasculis ad præscriptam infra rationem claudatur, ornatè cõfectam habeat, vnde inspicere queant.

Quibus verò locis sacra aliqua sanctorum membra, insignesq; sacra reliquiæ asseruantur; ibi certus locus, in quo illæ decenter religioseq; recondantur, ad vnius, aut alterius formæ infra primo loco descriptæ modum, sacrarum Basilicarum Romanarum exèplo, exstrui poterit.

De prima forma loci.

IN Ecclesiæ nauis quæ ampla sit, à latere Euangelij, longeq; à columnis pilisve naualibus quatuor aut quinq; cubitis suggestus struatur, magnitudine cubitorum item circiter quinq; isq; quatuor columnis è marmore aut è solido lapide cõfectis, altitudine sex aut octo cubitorum suffulciatur & sustentetur.

Super suggesti exstrukione, armarium vbi sacræ reliquiæ reponantur, è marmore aliove lapidè, ornatè & decorè fiat: quod intrinsecus tabellis nucis pretiosioribusve vndiq; vestiatur, sericoq; ornatur, coloris ex ritu Ecclesiæ sacris illis reliquijs, quæ recondendæ sunt accommodati: tum præterea ostiolo constet, quod valuis extrinsecus ære interitis, & serico eiusdem coloris intrinsecus ornatis, claudatur: ad quod etiã claudendum pessuli duo, seræ duæ saltem, clauces totidem, eiq; singulæ diuerso fabrilii opere adhibeantur.

A summa columnarum parte loco suggesti plano podium etiam exstruatur cubito vno & dimidio latũ, tamq; longũ, prout est eiusdem suggesti longitudo.

Quod podium à parte anteriori repagulum habeat; idq; vel ex ære fusili, vel è ferreo, vel è marmore, aliove solido lapide, vel è ligno tornatili sit.

Scalas nullas cochlides, aliave forma habeat; sed ex ligneæ gestatoriæ tunc solũ adhibeantur, cum sacræ reliquiæ certis solennibus diebus populo ostenduntur.

De altera forma loci.

SI quæ verò Ecclesiæ nõ satis amplè magnitudine reliquijs insignes vt supra habent; in earum ferè ipso medio, propius tamen altari maiori, vel apud parietem qui in capite Ecclesiæ extracappellam maiorem à latere Euangelij est, podium exstruatur: quod parieti affixum, longè lateq; pateat ad formæ superioris præscriptum.

In intima parte parietis, cui illud affixum agglutinatumve est, armarium in quo illæ asseruentur, è marmore aliove solido lapide fiat, tabulis quærneis aut alacris generis ad diurnitatem accommodatis intrinsecus circumuestitu, ac serico item eius coloris, qui ex Instituto Ecclesiæ, cum sanctis quorum illæ reliquiæ sunt, conueniat, vndique ornatum: quod valuis æratis, & seris duabus, ijsq; diuersis vsupra, claudatur.

Huius scala lapidea ligneave, qua podium ascendatur accommodari pòt, si modò à posteriori parte armarij fieri comodũ sit, vt Ecclesiæ spatium non impediatur: alio-

qui scala gestatoria vsupra adhibeatur

De tertia loci forma.

FORMA loci tertia hæc sit: eaq; in Ecclesijs reliquijs sacras habetibus, vbi nullus locus ad primæ aut secundæ formæ supra præscriptæ modũ exstructus est, aut exstrui potest.

In cappella maiori, intra eius scilicet septa, à parte Euangelij, armarium quod ad altare maius versus vbi potest rectè spectet, ita latè, longè, altè, profundèq; ipso pariete cõcauetur, prout sacrarum reliquiarum quæ in eo asseruandæ sunt, multitudo ac magnitudo postulat.

Altè à paumeto cappellæ ad solum suũ vsq; exstructũ sit cubitis quatuor; intus tabulis vndiq; sepsatur, tum aliquo panno serico eius coloris, qui sacris reliquijs conueniat, circumornetur.

Benè muniatur & claudatur valuis ære extrinsecus munitis, ijsq; decentibus, seris; solida, dupliciq; claue, & vnaquaque fabrilii opere diuersa.

Quo in armario ita ornate instructo sacræ reliquiæ vasculis loculisve inclusæ ordine recondantur.

De vasculis & loculis reliquiarum, quæ locis supra præscriptis asseruandæ sunt.

VASCULA quibus recondantur, ex auro, argento, aut è chrystallo, aut ex aliquo metalli genere sint, eaq; artificio elaborata atq; inaurata, prout illæ insignes sunt, & Ecclesiæ vbi asseruantur, facultates ferunt.

Ea totidem sint, quot sanè illarum genera quæ habentur; vt singulæ, binæve, aut plures singulis vasculis distincto ordine separatim asseruentur: singula vela sint, quibus illa vasa integantur, eaq; colore distincta, pro sacrarum reliquiarum quæ in vasculis asseruantur, ratione.

Si verò sacræ reliquiæ eiusmodi sunt, quæ tenues, non vascula maiora sed loculos minores requirunt; ita recondantur. Tabula scetilis, è nucæ ligneave alia, & pretiosiori etiam materia, vt pote eburnea argenteave deligatur: quæ fabri opere politè elaborata, tam latè longèq; pateat, vt ad vsum cuius causa paratur, satis esse queat.

In ea

In ea totidem capsula, seu loculi, iisque
singuli trium vnastrum mensura conca-
uentur, quot sacra reliquiae reconde-
nda sunt, & ea sunt, quae in
Ij loculi vndiq; a parte summa paruu-
lis coronicibus inauratis ornentur.
Hae tabula his loculis extructa, opere
vitreo operiatur ita, vt singuli loculi vi-
tro pellucido contegantur.

Quod vitreum integumentum, coronic-
is lignae inauratae, vel pretiosioris et-
iam materiae ornatu vndiq; munatur,
vt fixum firmumque hereat.
Singulae praeter ea sacrae reliquiae scri-
bo tabletano duplici, ormesinoue, aut ali-
quo serico pretiosiori, auro, argento ve-
intexto inuolute recondantur, eo distin-
cto serici colore, qui pro sancte matris
ecclesiae ritu, sanctis, vel apostolis, vel
martyribus, vel virginibus, vel confes-
sionibus, quorum reliquiae ibi recondun-
tur, conueniat.

Eae in quocunq; loculi, armarii, va-
sculive genere reconditae sint, singulae,
quarum nomina constant, inscriptio-
nem in charta pergamena patentibus
literulis expressam, earumque vnicui-
que, vel potius serico in quo illae sin-
gulae inuolutae sunt, affixam habeant,
qua vniuscuiusque sancti sanctaeve reli-
quiae, quae in ijs reconduntur, plane si-
gnificentur.

Id de inscriptione vasculi loculive, in
quo sacrae reliquiae quae in eo asseruatur,
inscriptiones quidem habent, at ab illis
seuunctas, varieq; ita permixtas, vt ijs
ipsis adhibitis nulla distinctionis ratio
iri possit.

Rursus si quae sunt, quarum nomina no-
n constant, in loculo vno recon-
dantur, in inscriptione etiam
hac adiuncta.

RELIGIONIS SACRAE, QVA-
RVM NOMINA IGNORAN-
TIVM. In armarij, item vbi sacrae reliquiae
reconduntur, papiete etiam adiuncto, san-
ctorum pictura religiose decoreq; ex-
primatur, quorum insigniores praesertim
reliquiae in eo recondite asseruantur.

Fiant virgae duae e ligno eburneo, aut
quod vocant, braxilio, aliove genere de-
centi, ac tricubitales sint: quae a summa
parte lamina argentea, exiguisq; vnicui-
binis constet, vnde fidelium coronae pre-
cariae appendantur, ut sacras reliquias,
vel potius eorum vasa tangenda.

Quaecunq; denique in ecclesia San-
ctorum reliquiae corporave sunt, in ea
loco conspicuo atque illustri, vt pote in
columna, cappelle maioris a latere eu-
gelij, aliove insigni loco, tabula, vel ce-
nea, vel marmorea literis grandiuscu-
lis incisa, firmiter parieti, columnaeve
agglutinata collocetur: in qua res tota
de reliquijs ibi reconditis breuiter sum-
matimq; narretur.

DE SACRIS IMAGINIBUS
picturisve. Cap. XVII.

I AM verò de sacris imaginibus pie
religioseq; exprimendis, cum maxi-
me ex decreto Tridentino, constitutio-
nibusq; provincialibus. Episcopus caue-
re debet, tum etiam pictoribus, & scul-
ptoribus grauis poena multave propo-
sita est, vt ne ijs exprimendis a prescri-
ptis regulis discedant.
Sanctum praeterea est, de rectoribus ec-
clesiarum, si in suis ecclesijs imaginem
effingi, poni ve permiserint insolitam, &
Tridentini decreti praescriptis rationi-
bus repugnantem.

Sess. 25. in
dec. de in-
uoc. sanct.
prou. 1. de
sacr. imag.
pag. 4. pr. 4.
tit. eodem.
§. Quod de
sacro sancte.
p. 118.

Quae in imaginibus sacris caueda, quae
seruanda sunt.

PRIMO igitur in ecclesia, aliove
loco, ne imago sacra exprimat, quae
falsum dogma contineat, quaeq; pericu-
losi erroris rudibus occasione prebeat,
quae sacrae scripturae, vel traditioni ec-
clesiae repugnet, sed quae veritati scriptu-
rarum, traditionum, ecclesiasticarum ve
historiarum, matrisque ecclesiae consue-
tudi & vsui conueniat.

Pre-